



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

136. Se proditum iri ab vno Apostolorum suoru[m], pr[a]edicit Christus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 146. Se proditum iri ab uno Apostolorum suorum predicis Christus, Matth. 26. * 133. Mar. 14. * 132. Luc. 22. * 135. Iohan. 13. * 134.

S. Matthæus.

ET edentibus illis, dixit. Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. Et cōstristati valde, cœperunt singuli dicere, Nunquid ego sum Domine? At ipse respondens, ait, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: vñ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum rabbi? Ait illi, Tu dixisti. * 135.

S. Marcus.

ET discubētibus eis & manducātibus, ait Iesus, Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui māducat mecum. At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim, Nunquid ego? Qui ait illis, Vñ ex duodecim qui intingit mecum manū in catino. & fili⁹ quidem hominis vadit sicut scriptū est de eo, vñ aut̄ homini illi per quē filius hoīs tradetur. bonū erat ei, si nō esset nat⁹ homo ille. * 135.

S. Lucas.

VERUMTAMEN ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundū quod definitum est, vadit: veruntamen vñ homini illi per quē tradetur. Et ipsi cœperunt querere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. * 137.

S. Iohannes.

CVM hęc dixisset Iesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit. Amē, amē dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciēbāt ergo ad inuicē discipuli, hēsītātes de quo diceret. Erat ergo recubens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu quē diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simō Petr⁹, & dixit ei, Quis est de quo dicit? Itaq; cūm recubisset ille supra pectus Iesu, dicit ei, Dñe, quis est? Respondit Iesus. Ille est cui ego intinctū panē porrexero. Et cū intinxisset panem, dedit Iudę Simonis, scariōtę. Et post bucellā, tūc introiuit i eū Satanās. Et dicit ei Iesus, Quod facis fac citius. Hoc aut̄ nemo sciuit discubentū ad quē dixerit ei. Quidā enī putabāt, quā loculos habebat Iudas, quōd dixisset ei Iesus, Eme ea quę opus sunt nobis ad diē festū: aut egenis vt aliquid daret. Cū ergo accepisset ille bucellā, exiuit cōtinuō. erat aut̄ nox. Cū ergo exisset, dixit Iesus, Nūc clarificat⁹ est filius hoīs: & Deus clarificat⁹ est in eo. Si De⁹ clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eū in semetipso: & cōtinuō clarificabit eū. * 137.

S. Iohannes. Ico: ego sic mpleatur in panem, n suū, Am n fiat: vt cū a ego sum accipit si tem me ac sit. * 136.